omnium perpetuum imponendo Silentium. Quae sua praedicta per
sonali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Kulczÿcki Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal
Premÿsliensibus Nobilis Iacko Kulczÿcki, Nobilis olim Wasko Kul
czÿcki Polewka filius. Sanus mente et corpore existens, a Terris, 129
Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibus de iure fruitur et competentibus
recedendo, praedictaeque vero Castrensi Capitaneali Premÿsliensi Iurisdictioni, quo
ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter
omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque Subÿciendo, palam,
libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilis Orÿna
Kulczÿcka, Nobilis olim Iacko Kulczÿcki Senior et cum olim Nobili
Hala Czajkowska Conte eius legitima procreatae filiae, sui vero Reco
gnoscentis Conti legitimae, et ipsius posteris Summam Quinquaginta
florenorum polonicalium ratione vero Dotis et Expeditionis post ipsam
acceptae, et in domum suam importatae: necnon aliam similem
Summam Quinquaginta florenorum polonicalium ratione certi, veri, iusti,
et liquidi Dotalitÿ, in et super tota et integra medietate bonorum
suorum generaliter omnium haereditariorum, obligatoriorum, Mobilium et
immobilium, Summarumque quarumcunque pecuniarum: necnon Auri,
argenti, clenodiorum, Unionum, Margaretarum, Vestium, Vesti
mentorum, Stanni, Aeris, Cupri, Orichalci, pecorum, pecudum, Equorum,
Equitiarum, ac totius Suppellectilis domesticae nunc habitae et in post
habendae dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout
dat, dotat, dotalitiat inscribit et reformat praesentibus per ipsum Nobilem
Orÿnam Kulczÿcka, sui Recognoscentis Contem legitimam et ipsius posteros
eandem Medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum Iuribus
ipsius Utilitatibusque et Usufructibusque, Competentiaque et pertinentia quae

tenendi, habendi, et possidendi, Uis quiete eo pacifice Utifruendi, ac ad Usus suos et Suorum Succorum quosvis beneplacitos libere et effectuato convertendi, Vigore ac more à Lauum reformationum hactenus et ritus in Regno Poloniae observari solitarum.

Idem alterum Quietat

129 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Premysliens Nobilis Jacko Kulczycki, Nobilis olim Wasko Kulczycki Polewba filius. Sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribusque Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competens recedendo, praesentis Vero Castren Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibusque totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nemo Iwan Kulczycki Niedzwiedz, et Nobilis Hryn Kulczycki Niedzwiedz filium, eiusque posteros de Summa Triginta florenorum polonicalium per eundem Nobilem Iwan Kulczycki sibi Recogniti modo obligatorio coram Actis Officij praesentis feria quarta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto super bonis ipsius propriis et haereditarijs ad solvendum assecurata. nec non de eadem ipsa Inscriptione obligatoria Castren Capitanealis Premysliensis suo in tenore clarius praemissis latius quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat, Inscriptionem praefatam obligatoriam in omnibus eius punctis, ac ligamentis generaliter Vniversis cassat, mortificat, et annihilat praesentis atque de bonis condescendo et sibi suisque poenas Vniversis propriis perpetuum imponendo silentium.

Czaykowski Kulczyckiego Quietat.